



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Laurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

437. An, & qualiter Coadjutus possit frui beneficio jubilationis, & vi illius
lucrari in absentia fructus & distributiones, & Coadjutor non inserviat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Quaestio 435. Coadjutus qualiter teneatur ad residentiam?

1. **R** Esp. Coadjutoris concessio non liberat Coadjutum à residendo. Barbof. *de jur. eccl.* l. 3. c. 10. n. 29. testans sic in Episcopo Coadjuto declarasse Congregationem praepositam negot. Episcoporum & regular. in *Neisterens.* 7. sept. 1619. Et sic in specie Coadjutus quicumque inhabilis, & illiteratus à residentia abesse non potest, ne alias stultus, & insufficientis melioris sit conditionis, quam sapiens & literatus. Barbof. *loc. cit.* n. 30. citans Quarant. in *sum. Bullar. v. residentia.* Piacet. in *pr. Episc.* p. 2. c. 3. n. 27. Ugelin. *de off. Ep.* c. 15. §. 3. ad fin. & c. 54. n. 3. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 30. ubi etiam, quod S. Congregat. Trid. dixerit haec expressa: propter deputationem Coadjutoris, parochus, cui datus est Coadjutor, non poterit abesse à residentia. Idem habet Garc. p. 4. c. 5. num. 8.

2. Habeas tamen Coadjutorem habetur pro residente, & praesente ratione infirmitatis aliorumque impedimentorum legitimorum, ac si non haberet Coadjutorem, etiam si Coadjutor illius non resideat. Garc. p. 4. c. 5. n. 63. non enim debet esse deterioris conditionis ex eo, quod habeat Coadjutorem. Neque privilegium suum debet esse ei nocivum & retorqueri in ejus damnum, quod ad ejus favorem est ei concessum. Garc. *ibid.* Gonz. *loc. cit.* à n. 116. verum de hoc satis dictum supra, speciali de super proposita quaestione.

Quaestio 436. Qualiter Coadjutus lucratur fructus & praesentias?

1. **R** Esp. primò. Coadjutus in omnibus illis casibus, in quibus ipse praesens per seipsum nihil lucraretur, etiam nihil lucratur inserviando per suum Coadjutorem. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 125. & seq. vide dicta supra, ubi num Coadjutor Coadjuto excommunicato lucrari queat fructus aut distributiones.

2. Secundò. Coadjutus sicut, dum non haberet Coadjutorem; lucraretur sibi omnia emolumenta sui beneficii, et si infirmus aut aliter legitime impeditus non interfit divinis. *c. unic. de cler. agror. in 6.* Gonz. *loc. cit.* n. 119. citans Covar. l. 3. *variav. c. 13. per tot.* Gurtier. *qq. can. q. 1. ex. n. 137.* Navar. *conf. 11. de cler. agror.* & c. ita lucrabitur eadem stantibus illis legitimis causis, quamvis Coadjutor ejus non resideat & interfit. Gonz. n. 170. juxta dicta quoque à nobis supra.

3. Resp. Tertio. De cetero fructus beneficii pertinent semper ad Praelatum Coadjutum. imò distributiones quotidianæ, quas Coadjutor lucratur absente Coadjuto, cedere debent in utilitatem Coadjuti, detracta tamen inde congruà, si qua assignata Coadjutori pro modo administrationis susceptæ. Barbof. *ad Trident.* n. 10. Remouch. *cit.* c. 14. n. 2. juxta dicta à nobis in superioribus,

* * * * *

Quaestio 437. An & qualiter Coadjutus possit frui beneficio jubilationis, ubi ea in usu est in aliqua ecclesia, & vi illius lucrari fructus & distributiones in absentia, et si Coadjutor eius non inserviat?

1. **R** Esp. Primò. Ex servitio Coadjutoris obtinere aut perficere nequit Coadjutus jubilationem; quia hoc privilegium conceditur in remunerationem exhibiti personalis laboris per ipsum jubilantem, adeoque computandi non sunt anni, quibus Coadjutus non inservivit per se, sed per suum Coadjutorem. Garc. p. 4. c. 5. n. 8. Caltrop. *tract.* 13. d. 1. p. 10. n. 10. juxta decif. Rotæ in *Tirason.* Coadjutoria 8. Novemb. 1599. quam recitat Garc. *loc. cit.* n. 138.

2. Resp. Secundò Coadjutus exemptus à residentia vi jubilationis jam quæritæ proprio servitio potest hoc beneficio frui lucrando in absentia fructus, & distributiones aliæque emolumenta, etiam si habeat Coadjutorem, & is non resideat. Coadjutoria enim non adimit Coadjuto jura & privilegia aliunde ei competentia, nec receptio Coadjutoris post acquisitam exemptionem beneficio jubilationis debet præjudicare Coadjuto AA. iidem *ll. cit.* juxta eandem Rotæ decisionem.

Quaestio 438. Num Coadjutus possit optare aliam præbendam?

R Esp. de hoc satis dictum supra, ubi num Coadjutor impedire possit Coadjutum in optando aliam præbendam. Vide Gonz. gl. 34. n. 96.

Quaestio 439. Quomodo & quando Coadjutus liberetur a præstanda congrua Coadjutori?

1. **R** Esp. primò. non tenetur Coadjutus ad hoc si ipse per se, seu ministros suos Ordinarios absque opera Coadjutoris possit satisfacere officio suo. Remouch. c. 14. n. 8. citans Navar. *conf. 2. n. 3. de cler. agror.* nisi forte deficient eum media, quibus se valeat decenter sustentare cum præjudicio & diminutione splendoris Ecclesiae. De cetero namque nulli debentur Coadjutori fructus, si non resideat, aut quicquam ad opus Ecclesiae aut Coadjuti præster, ne alias Coadjuto indultum illud Pontificis sit damnosum sine ullo illius, aut Ecclesiae commodo. Remouch. n. 4. sed neque tenetur talis Coadjutus per se subire ordinarios ministros potens, ac volens satisfacere officio uti operâ Coadjutoris sibi dati. Fagn. *in c. ex parte. n. 24. in fine.* ubi ex decisione S. Congregat. inferendum, quod Coadjutor datus Episcopo ob senium & aegritudinem, de ejus consensu cum plena libera, & omnimoda facultate in temporalibus, & spiritualibus administrandi ea omnia, quæ ad officium Coadjutoris pertinent minime se possit immiscere in exercitio pontificalium, neque jurisdictionalium, quibus defungi potest, & vult ipse Episcopus &c. Unde etiam, ut bene advertit Remouch. n. 5. formula Coadjutoriarum exonerans Praelatum à contributione portionis, & ponens in ejus arbitrio admissionem Coadjutoris in partem administrationis, vel non aliter intelligi nequit sine distinctione causæ finalis Coadjutoria, adeoque totius substantiæ illius, quam si impedirentur Coadjuti (cuius intuitu Papa daudo Coadjutorem